

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 8. Papa, & Albæ Dux per Rossanum Episcopum ad opem Mariæ serendam incassum solicitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

videtur, quod alias Princeps cuidam Sæcul. XVI.  
A.C. 1570.  
liberæ Reginæ conditions pro futuro suo connubio præscribere attentet. VI.  
Si pacta sanciuntur, Regina non recusabit ejusmodi dare obsides, quos Elisabetha ex Scotiæ Proceribus feligere voluerit, dummodo Castrum Heraldi Dux, Huntlejus, Argila, & Atholius Comites excipientur. VII. Si quicquam pactis adversum contra Angliam moveretur, consentit Maria, ut suo in Angliæ Regnum jure privetur, idem tamen vicissim Elisabetha se præstituram spondeat; VIII. De hoc, quod Huma, & Fadsta tradi petantur, cum arcium istarum Dominis pertractetur. IX. Denique si in Gallovidia, & Cantira propugnacula petantur, sat manifeste elucet, quod perpetuum in Scotia bellum accendi propositum habeatur.

### §. VIII.

*Papa, & Albæ Dux per Rossanum  
Episcopum ad opem Mariæ fer-  
rendam incassum sollicitati.*

Cum circa hæc pacta mutuo conve- Thuan. l. c.  
niri haud posset, interea vero An-  
gliæ Regina certior fieret, quod ad ob-  
tinendam Mariæ libertatem tam sum-  
mus Pontifex, quam Albæ Dux vehe-  
menter sollicitarentur, hinc inducias  
Ii 5 pro-

Sæcul. XVI. prolongare, ac Ordinum comitia di-  
A.C. 1570. ferre statuit. Sub idem tempus Ros-  
fanus Episcopus, qui nuper liber dimis-  
sus Mariæ opem ferre toto studio festi-  
nabat, transcriptas conditiones, qua  
Mariæ fuerant propositæ, ad Pium V.  
summum Pontificem, & Philippum II.  
transmisit, eos admonens, Mariam, nisi  
prompte auxilium eidem promissum sub-  
mitteretur, adactum iri, ut re nec qui-  
dem cum suis amicis, ac Principibus  
fœderatis communicata cum Elisabetha  
transigat, quapropter Episcopus Papam  
Regemque exorabat, ne religionem Ca-  
tholicam in amplissimis hisce Provinciis  
restaurandi, ac Reginam a solio suo per  
hæreticos dejectam Regno suo reddendi  
occasionem longe opportunitissimam elab-  
finant: verum hujus Episcopi sollicita-  
tiones suo caruere successu, quippe tum  
Hispaniæ Rex suo cum Anna Austriaca  
Maximiliani Cæsaris Filia connubio in-  
tentus totam rem Albæ Duci remisit,  
cui tamen in Belgio hæretici grave ne-  
gotium facessebant: solus ergo Pontifex  
salem huic Reginæ pecunias submisit,  
quibus tamen eadem res suas refau-  
rare haud poterat.

§. IX.